à se vel diritur casualiter commisso, compo:
nere possit et valeat, persona sua rebusqz
omnibus interim salvis manentibus,
quare vobis et singulis Dignitarijs,
officialibus, et ciuibusqz gradus, status
et conditionis hominibus in Regno et
dominijs nostris vbilibet existentibus,
nominatim vero famatis Proconsuli et
Consulibus, ac alijs Magistratibus ciuis
Ciuitatis nostre Crac, mandamus, vt
praedicto Joziphyo sutor nullam vim et
violentiam inferant, sed in praerogatiua
hac ipsi à nobis concessa conseruent et co:
seruari ad tempus praescriptum à nobis
faciant, decus pro suo officio et gratia
nostra non facturi. Dat Crac sabbato an
D. Conuersus Paschae. M°. D°. XLVII°. Re. XLI°

Consensus emendi in vim reemptionis census pro fundatione Mansionaria in Eccl[esi]a Oppidi Plonsko.

Sigismundus dei gratia Rex &c.

Significamus tenore presentium quorum interest universis. Quia nos ad instantiam quorundam Consiliariorum nostrorum, venerabilibus et Nobili Stanislao Zaliyeski et Nicolao Slawogorski Canonicis eccl[esi]a Cathedralis Plocen et Joanni Brzozowsky Executoribus olim venerabilis Jacobi Brzozowski Canonici plocen, et Plebani in Plonsko administrantibus et consentientibus emere siue ad censum in vim reemptionis aliàs na wiederkoff super bonis Nobilium terre plocensis ant Duratus Mazouia indigenarum pro summa trium tarum et quinquaginta sexagenarum pecunia nostri et monete Polonicalis, in terra nostra

pro fundatione Mansionaria in Eccla
P'arrochiali oppidi nostri Plonsko per
Mansionarios pro tempore existentes
singulis annis tollend et percipiend uni-
ta conditiones emptionis et contractus,
Quem quidem censum postq̃ emptus
fuerit, caterus tantum immunitati Ec:
clesiastice asscribendum esse permittimus,
Et pro repetitione eius et omni actione
ad judicium spirituale fiat recursus,
Nichilominus possessores bonorum eius-
modi in quibus erit emptus ad expe:
ditionem bellicam astrictos esse volu:
mus, eciam eo p̃ immunitati Eccliace
asscribetur non obstante, Quarum quibus
testimonio literarum sigillum nostrum
presentibus est subappensum. Dat
Crac̃ feria sexta post festa Pasche
Anno. M°. D°. XLVIII°. R. nri. XLI°.

Villa Borkowo me:
dietas ad vitam
Nobilis Ioañis
Szilkowski data.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie. &c.

Significamus tenore presentium quorum
interest universis. Quia nos ad interces-
sionem Sereniss.ma Principis domine Bone &c.
Coniugis nostre charissime, tum quorundam
nostrorum Consiliariorum pro Nobili Jo-
anne Szyszkowski dedimus ipsi facultatem
tenendi, habendi, et possidendi, medietatem
seu sortem ville Borkowo in terra ma-
ioris Polonie et Palatinatu Calissien sita,
super cuius ville alteram medietate
seu sortem ipse Joannes Szyszkowski cum
aliis fratribus suis literas admitalitatis
ipsis et patri olim illorum Nobili Sta-
nislao Szyszkowski a nobis concessas habet,
damusq; et concedimus gratiose per pre-
sentes literas nostras ad extrema ipsius
Nobilis Joannis Szyszkowski vita tem-
pora, promittentes, p. q. dm prefatus Jo-
annes Szyszkowski in omnibus fecerit, neq;
nob ipsi pro mensa nostra, ex medietate
seu sorte predicta villa Borkowo ipsum
exemerimus, sed neq; Sereniss.mi successo-
res nostri sunt exempturi, neq; cuipiam eu-
iuscunq; gradus, status et conditionis
fuerit ipsum extinere permittemus, sed
neq; Sereniss.mi successores nostri permittet,
Ipso tamen e vivis sublato et pecuniam
summa super predicta medietate seu sor-
te super quam ipsi presentes admitalitat-

literas damus inst et legitime inscripta,
plene et ex integro persoluta, dicta sortis
seu medietatis possessio ad nos et nos
successores nostros pleno iure devolvetur,
Juribus tamen nostris in prædicta medie-
tate seu sorte villæ Borkowo salvis in
omnibus manentibus, Harum quibus
testimonio literarum sigillum nostrum est
subappensum. Dat Cracovia feria
sexta post festa Paschæ proxima, Anno
domini M°. D°. XLVII°. Regni vi
anno XLI°.

Jubilatio Camene-
censi munus coro-
nationis Serenę
olim domine Eli-
zabeth Reginę
Poloniæ &c. pro
reparatione illi-
us condonatu

Sigismundus Dei gratia Rex Polonię &c.
Significamus tenore presentium quorum

interest vniuersis. Quia tamen si regni:
simus Ciues nostros Camenecen de
munere coronationis Ser^ma olim domine
Elizabeth Regine Polonie, magne Duc^is
Lithuanie. &. tamen cum venissent ad
nos pradicti Ciues Camenecen, supplh:
carunt nobis vt id quod nomine corona:
tionis fisco nostro deberetur, pro munitio:
ne Ciuitatis Camenecen condonaremus
Nos supplicationibus illorum licitis ac ne:
cessarijs benigne annuentes, eis ipsis
pecuniam hanc quæ fisco nostro ration^e
coronationis pradicta debebatur, condonam^s
duximus, quemadmodum præsentibus
condonamus. Ita tamen vt eandem pe:
cuniam non in alium vsum q^m munitio:
nem Ciuitatis pradictæ Camenecen
conuertant. In cuius rei testimonio sigillum
sigillum nostrum est huic scripto expressum. Dat
Cracouiæ Sabbato an. D. Conductus
Paschæ Anno Dom. 1572.
Regnorum

Arenda Capita-
neatus Przedecen

ad vitam Generosi Alberti Koriczien ski.

Sigismundus Dei gratia Rex &c.

Significamus tenore presentium quibus expedit universis, quia ad intercessionem dilectissime principis domine Bone eadem gratia Regine Polonie, Conjugis nostre carissime, pro Generoso Alberto Koriczienski Capitaneo nostro Przedecen, apud nos facta, eidem Alberto Koriczienski Capitaneatum nostrum Przedecen in arenda villis et Centum florenorum pecuniarum monete et numeri in Regno nostro currentis locavimus, incipiendo videlicet arendam hujusmodi solutionesque arenda prefata à proxime futuro festo sancti Jacobi Apostoli anni presentis usque ad alia festa sancti Jacobi Apostoli annorum continuorum et immediate se sequentium, per ipsum Albertum Koriczienski Capitaneum nostrum arendam hujusmodi Capitaneatus Przedecen cum omnibus eiusdem Capitaneatus fructibus redditibus et introitibus universis, ad

ipsum Capitaneatum nostrum et antiquo spectantibus et provenientibus, nichil pro nobis et successoribus nostris reservando seu excipiendo, et quemadmodum a nobis hactenus tenuit, habuit, et possidebat, rationemque ad thezaurum nostrum reddebat, tenendo, habendo, utifruendum pacifice et quiete ad ultima vite sue tempora perpetue possidendum, promittimusque verbo nostro Regio pro se et successoribus nostris quia ipsum Albertum koriczienski de dato vinet in Capitaneatu et arenda huiusmodi mille centum flor. pecuniarum manutenebimus et conservabimus, successoresque nostri defensabunt manutenebunt et conservabunt, ea tamen lege et conditione adiecta, quam ultro in se idem Albertus koriczienski assumpsit et recepit, quod in eadem arce nostra przedecen loco domus antiqua lignea ruinosa aliam domum latericia a fundamentis secundum quod melius fieri poterit suis impensis et sumptibus erigere et extruere debet ac tenebitur.

Item ante eandem arcem przedecen domum antiquam lignearn de Klodawa ad przedecz translatam debebit et tenebitur etiam

ponere denno, qua propter putrefactum
illius tectum et angulorum putrefacti-
onem est desolata, Item duas turres ma-
gnas latericias denno tegere et in una
turri ligaturam nouam in toto facere,
et domum nouam ante aream predicten
ei necessariam pro brazatorio et bra-
zatorio cum stuba et balneo constituere.
Item Bchamborza qua iam pene est pu-
trefacta et ruinata denno restaurare et
facere, Item in villa Dobiegniewo offi-
cinam seu molendinum serratorium alg
pilas in fluuio seu torrente per villam
eandem fluentem, construere, et molend-
num ibidem in Dobiegniewo denno et
expedit constituere, et curiam antiquam
ibidem in Dobiegniewo tegere, Item in
predijs Capitaneatus prefati edificia
antiqua ad reficiendum seu restaurandu
apta reficere, que vero refici non potest
denno construere debebit et tenebitur,
videlicet allodia et forestas idgz denno
alia necessaria, Item in villa Oribna
versus Zarowo piscinam denno et molend-
num cum aggere firmo et solido in lon-
gitudinem citra vel vltra Centum pas-
suum et quinquaginta, aliâs bziazeny.

Item aliam piscinam in oppido Dambro.
wicza, denno facere et constituere. Item
molendinum in predicz aquaticum denno
adificare, et aggerem illus ad altitudine
trium cubitorum elevare, Item volen:
dinum in villa Zalijessie in toto collapsu
antiquitate, denno adificare, et aggerem
in altitudinem trium cubitorum elevare,
Item in oppido klodawa similiter molen:
dinum aquaticum ex fundamento erigere
et aggerem cum demissione denno facere,
debet et tenebitur, Que premissa omnia
idem Albertus Coriczijenski Capitaneus
voltro se impleturum ad placitum bexigs:
mij, à data presentium computando, sub
misit, sub poena amissionis admitalitatis
huiusmodi, Postea autem predictum
Albertum ante decursum alicuius anni
mori contigerit, extunc burtissones ipsi:
us legitimi possessionem tenutamq; dicti
Capitaneatus Przedecen, habebunt, tene:
bunt, et administrabunt, prouentusq; ocs
et singulos vigore arenda. huiusmodi vsq;
ad completum tempus anni tunc current
hoc est ad festum et diem sancti Jacobi Apo:
stoli extunc sequentis pertinent, nostra
nisq; burtissorum nostrorum contradictio:
ni volla obstante, arendamq; huiusmodi

ad Thezaurum nobis et successoribus nris
inferre et soluere teneburtur, tenore pre-
sentium mediante, quibus sigillum nrum
est subappensum. Dat Gracie
Dominica Cenduntis Paschæ. Anno domi
no. M°. CCCC°. XLVII°. Regni nri
anno. XXI°.

Arenda Capita-
neatus Gostinen
ad vitam Gene-
rosi Stanislai
de Wolia sub-
pincerne Sa[n]-
domirien.

Sigismundus dei gratia Rex &c.
Significamus tenore presentium quorum
interest vniuersis, Quia tametsi anti
quis aliquot Capitaneatum nostrum Go-
stinensem Generoso Stanislao de Wolia
subpincerna Sandomirien pro summa
mille et Quingentorum florenorum monete

communib ad beneplacitum nostrum modo
arenda tenere et administrare consseruan-
mus nobis nunc tamen ad intercessionem dez
Principis domine Bone dei gratie
Regine Polonie &c. Coniugis nre charis-
pro predicto Generoso Stanislao de Wolia
ad nos factam, tum habentes rationem
meritorum patris sui Reuerendi olim
in cgristo patris domini Pauli, primum
Regni nostri Cancellarij, et deinde Episcopi
Poznanien, quibus se nobis dum viuebat
reddidit commendatum, eundem Capitane-
atum Costinien predicto Stanislao de
Wolia ad certum tempus tenendum modo arde-
dendum et conferendum duximus, da-
mus et conferimus per presentes, quia
tamen ad presentem Capitaneatum vil-
lam Dluga Lanka dictam, adiunximus,
in terra Costinensi sitam, quam ipse ol
dominus Paulus Episcopus Poznanien
accedente consensu nro redimerat propriis
pecuniis, et eandem summam huiusmodi
pecuniarum integram pro ipsa villa Dluga
lanka à se data nobis et fisco nostro simul
et de aliis bonis remiserat, et condonauerat,
Ideo rationem prouentuum eiusdem villa
centum florenos monete singulis annis
nobis et fisco nostro persolueret predictum

Stanislaum de Wolia volumus. Ita q̃
ex prouentibus Capitaneatus totius, una
et villa Oliga Lanka, annis singulis
se continuis et immediate sequentibus ad
extrema vitæ suæ tempora mille trecentis,
inciprendo videlicet primam solutionem
mille et trecentorum florenorum pro
festo Pentecostes anni præsentis, videlicet,
millesimi, quingentesimi, quadragesimi
septimi, vbq̃ ad alind festum anni se-
quentis, et sic deinceps, per ipsum Gene-
rosum Stanislaum de Wolia prædictu
Capitaneatum Gostinensem modo præ-
misso arendæ et ad extrema vitæ suæ
tempora, tenendum, habendum rotiri-
endum, pacifice q̃ et quiete possidendu,
Promittimus autem pro nobis et Ser.mis
successoribus nostris, q̃d ipsum Generosu
Stanislaum de Wolia in termita et pos-
sessione Capitaneatus prædicti Gostinen,
arendaq̃ prefata vita ipsius durante
conservare, et nec nos eundem Stanislau
de Wolyja q̃ diu vixit, à Capitanea-
tu Vandecen, eiusq̃ arenda amouebimus,
neq̃ Ser.mi successores nostri amove-
bunt. Tenebitur autem prædictus Gene-
rosus Stanislaus de Wolia sui conditionis

facere meliorem, adificiáꝫ antigua mam
tenere ac reparare, ad nona vero adi:
ficanda nisi ex mandato nostro et pcen:
nijs nostris, non erit obligatus, subdi:
tornmꝫ nostrorum Capitaneatus sui
comodis prospicere, Harum testimonio
lrārum in fidem sigillum nostrū est sub:
appensum. Dat Cracouie Dñica
Condnctus paschæ. Anno Domi
Mo. Do. xLvIIo. Regni mi xLo.

ARendatio capi:
taneatus Lancici:
ensis. G. Floriano
Komorowski The:
zaurario Brestē
ad vnum annum

Gismundus Dei gratia Rex &c.
Significamus tenore praesentium gnorum
interest vniversis. Quia nos perspecta
habentes Generosi Floriani Komorowskj

Thezaurarij Brestrn et Capitanei nostri
Lancicienſib in administrando officio bo:
nibꝫ Capitaneatib Lancicien nostri
fidem et diligentiam, eidem prafati Ca:
pitaneatib nostri arendam pro ſumma
mille et centum florenorum pecunia
munerj et monetæ in Regno currentis
ad annum proximæ ſequentem prozoga:
mmb, prorogaminꝫ praſentibus lrib
nostrib, incipiendo eam ab expiratione
priozib, hoc eſt à fiſto ſancti Jacobi Apo:
ſtoli anni praſentis milleſimi quingen:
teſimi quadrageſimi ſeptimi, vbꝫ ad
ſimile fiſtum ſancti Jacobi anni proxi:
mi et immediate ſequentis, videlicet
milleſimi quingenteſimi quadrageſimi
octavi, per ipſum Generoſum Florianum
Komorowſki Capitaneum nostrum, ar:
dam hujuſmodi Capitaneatib Lancicien.
cum omnibus et ſingulis eiuſdem Capi:
taneatib fructibus et prouentibus, nihil
pro nobis reſervan ſen excipien et quem:
admodum à nobis hactenus tenebat, ha:
bebat, et poſſidebat, aliàs juxta priozib
arenda contenta tenendum, habendum,
vtifruendum, quietꝫ et pacifice ad dicte
arenda expirationem poſſidendum, Ex:
cepta tamen Advocatia in villa Szobotka

de qua specialiter nobis facere tenebitur
rationem, Illam autem pecunie sum:
mam prefata arenda in Thezaurum
nostrum inferre debebit, harum quibus
sigillum nostrum est subappensum te:
stimonio litterarum Dat Cracovie
Dominica Conductus Paschae. Anno
Dom. M°. D°. XLVII° Regni nri XL°

Expectatiua super Capitaneatum Lancicien Magci Stanislai de Lasko Palatini Siradiensis.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae &c.
Manifestum facimus tenore presentium
quibus expedit universis. Quia volen
gratiam nostram testatam esse Magco
Stanislao de Lasko Palatino Siradien, cuius
meritorum rationem haben, de certa sci:

entia et gratia nostra Regia decernim⁹
ci p̃sentibus̃q̃ damus et concedimus
gratiam nostram expectativam ad Ca:
pitaneatum Lanciciensem, cum primū
post mortem Nicolai ffloriam, komorow
ski eiusdem Capitaneatus possessoris vac
caverit, aut vacari quomodo modo contige:
rit, Capitaneatum p̃fatum vacatio:
ne illius occurrente per ipsum Mag^cum
Stanislaum palatinum Siradien, cum
eo omni iure et dominio usufructuq̃
ac iurisdictione Capitaneali integra, qui:
admodum Capitaneatum hmi̇smodi de
iure et antigua consuetudine convenit
aut convenire videatur, tenendum, ha:
bendum, vtifruendum, pacifice et quie:
te possidendum, Quam quidem gratiā
expectativam promittimus et polliceamur,
pro nobis et Ser^mo filio nostro in casu
vacationis hmi̇smodi Capitaneatus ipsi
Mag^co Stanislao palatino Siradien ma:
nutenere et observare, aliisq̃ quibuscunq̃ gratijs,
expectativis, datis, aut per oblivionem dan
non obstantibus, quibus ad effectū p̃se:
tium l̃rarum consequendum derogamus
p̃sentibus, harū testimonio l̃rarū sigilli
nostri est subappressum. Dat Cracō
feria secunda post Conductū paschē, Anno Dñi
M^o. D^o. XLVIII° Regni nri. XLI°.

Saluus conductus Nobilium Nicolai Dzierzazinski dicti Gomolka & Petri Bilianowski de terra Lanciciem.

Sigismundus dei gratia Rex &c.

Significamus tenore presentium quibus expedit uniuersis. Quia ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum apud nos factam pro Nobilibus Nicolao Dzierzazinski dicto Gomolka et Petro Bilianowski, de terra Lanciciem ipsis Nobilibus Nicolao et Petro saluum conductum nostrum Regium et omnimodam perfectamque securitatem ab omni vi et potestate omnium et singulorum subditorum nostrorum cuiuscunque gradus et conditionis existentium, dandum et concedendum duximus, damusque et concedimus presentibus, hinc ad festum Natalis Domini proxime futurum, ita vt eo saluo conductu nostro tranquillitur vbique locorum morentur, et cum partibus ad instantiam quarum sunt banniti et proscripti com-

positionem et concordiam amicabilem, Hurat
nullamq3 hostilitatem parti sue aduerse
faciant, nam si aliquam violentiam
vel hostilitatem ipsi parti aduerse irroga:
uerint, eo nouerint salnum conductum
hunc nostrum esse violatum sibi, sed si
quid ad miuriam suam factum esse a par:
te aduersa pretenderint, iure mediante
secum experiantur et agant, uirissimq3
illi aduersarijs suis iure respondeant,
Proinde mandamus in uniuersum. & uis
presentibus, quatinus huiusmodi salnum
conductum nostrum primum in foris pu:
blicis ad noticiam omnium et singulorū
subditorum nostrorum deducant, et publicet.
deinde illum in omnibus clausulis, pun:
ctis et conditionibus, manuteneant, et ob:
seruent, ac ab alijs obseruari faciant,
sub grauis indignationis sue non facturj.
Harum testimonio literarum sigillum nrum
est impressum. Dat Cracouie feria
secunda post Conductum Pasche. Anno
domini. M°. CCC°. XLVII°. Regni
nri anno. XLI°.

REuerēn in chrō
patri domino Be/

nedicto Isdbienski Episcopo Poznani: eñ eiusq3 successoribus Epis, area pro granario in villa Camien faciendo data.

Sigismundus dei gratia Rex &c. Wamfistum facimus tenore praesentium quibus expedit vniuersis. Quia nos annuentes petitioni Reuerendi in xpisto pr̄is domini Benedicti Isdbienski Episcopi Poznanien, apud nos facte, sibi de certa scientia et gratia nostra Regia locum seu arcam in villa nostra Camien ad Episcopatum Poznanien pertinentem pro granario extruendo seu constituendo et frumentis ibidem imponendis dedimus, donauimus, et contulimus, damusq3, donamus, et perpetuo sib. et eius successoribus Epis Poznanien, cedimus, presentibus, per ipsum dominum Episcopum eiusq3 successores Episcopos Poznanien, granario eidem quemadmodum et mandato nobis per Venerosum Nicolaum

Omoliyhowskij Capitaneum nostrum dis-
sogradien est assignatum et exdimissum
cum omni iure, domimo et proprietate
tenendh, haben, vtifruen, pacifice et gui-
ete perpetuo possidendh. Harum trarum
testimonio sigillum nrum est subappen-
sum, Datu Cracouie feria secunda
post dominicam Conductus Paschu pro-
xima. Anno. m°. cc°. xlvii°. R. R. xli

Limitatio termini Ca-
pestris occasione
graniciorum inter
Nobiles de Pothok
et Nobiles Grotci
ac Illustrē et Ma-
gnificum Andream
Comitem à Gorka
&c.

Sigismundus dei gratia Rex &c.

Significamus tenore presentium quorum
interest universis. Quia Illustris ac

Nag^cus Andreas Comes à Gorka Ca:
stellanus Poznanien, et maiorib Polonie
generalib Capitaneus, de Turobin et Bia:
la Garub, ex vna, et Nobilib Stam:
slaus Girotzhij Gareb de vtraq; Rzeg:
za nomine suo et à fratribus suis, vide:
licet Christophoro, Simone, Petro, Girotzi
in hac parte indiuisorum cauendo pro
rati habitione pradictorum fratrum suor
ex altera partibus, coram nra Regia
Mte comparen personaliter, recedeñ à tri
et Districtibus suis, ac indiciis quibuscu
et hoc in causa vbi pradicti Girotzi tanq;
actores adcittanerunt pradictum Illustre
ac Nagcum Andream Castellanum Po:
znanien de Thurobin et Bijala Gareb,
ad assistendum et custodiendum partem
suum villa Bijala occasione gram:
cinum cum Haredibus de Potgok ha:
bitorum, in termino Campestri officij bur:
cammeraziatus Lublinen iam pratereto,
In quo termino pradictus Illustris ac Nag^cus
Castellanus Poznanien et de Bziala ac
Turobin Gareb, per suum procuratorem
tanq; adcittatus, et ipsi Girotzi tanq;
actores inscripserat eis terminum ob spem
concordiæ in feriam secundam proxima
post festum sancti Stanislai in Maio

nunc instanb, coram officio Duranam: variali Lublinen et indicio eius camp̃estri praefata itaq; partes videlicet Illustr̃s ac Magnus Andreas Comes à Gorka Castellanus Poznanien, hæres de Turobin et Bijala, et praedictus Stanislaus Gorczyny, cauendo et promissum est pro ratificatione fratrum suorũ hinc terminum campestrem adcitatum officij et indicij Durantmerariatus Lublinen, cadentem et proxmientem in feriam secundam post festum sancti Stanislai in Maio proxime futuram, inscribunt ceb ac prorogant partibus consencientibus terminum à feria secunda proxima post festum sancti Stanislai futuram nunc instan in Maio ~~esq~~ per annum, hoc est in feriam quinta post festum sanctæ Zophiæ proximã, in anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo octano, et habent seu habebunt praefata partes terminum pro praescripta feria quinta post festum sanctæ Zophiæ proxima, talem quale feria secunda nunc instanb proxima post festum sancti Stanislai habere debuerunt coram eodem Durantmerario

Lublinen, seu in dicio ipsius, hoc est ad an:
stodiendum parietem ville seu bonorū
Bijala, alȝ iuxta tenorem limitationis
Burcamerarialȝ latius in se custodiendȝ
Harum lrarum tistimonio sigillum mꝰ
est subinnpressum. Dat Cracouie feria
secunda post dominicam Condictus Iuscheꝫ
proxima, Anno domi M°. D°. XLVII°.
Regni nri anno . XLI°.

Nicolaus Arabia
R. Piccan

Anno eodem feria secunda post dominicam Con:
ductus paschꝫ proxima Sacra Vtab
Regia dedit libertatem ad octo annorum
spacium Oppidanis de Osȝmolng, in tꝛꝛa
Gostinen sit, ob conflagrationem, sed
tantum damno affectꝰ nam tantum
sine oppidi pars igne consumpta est,
in forma Cancellaria solito

ARendꝰ Capitaneatus Halicen & Colomien Magnifico Nicolao de Ȝzie

mawa Palatino Bel
zen qz diu in officio
Prefecture Milicie
Campestris persistet
donatio.

Sigismundus dei gratia Rex Polonie &
Significamus tenore presentium quibus
expedit vniversis. Quia habentes ratio-
nem meritorum et fidelium seruicio-
rum Nicolai de Szienjawa Palatini
Belzen, Haliczen, et Exercituum Campe-
strium Capitanei, vnacum nobis dilecti,
qui nobis et Reipublice Regni nostri,
cum hostibus Crucis Christi in finibus
Regni strenue et sumptuose decertando, co-
tinue prestitit et prestare non desinit,
captiuos victoria sua testes nobis mittens,
ipsi pensionem arendam per tres annos
in Capitaneatu haliciensi et Colomiensi,
seu eius prouentibus et obuentionibus
per eum percipiendis, nobis retinendam, hoc est
summam trium millium florenorum pe-
cuniarum, mille florenos in quemlibet
annum computando, gratiose et libera-
liter indulsimus, donauimus, et remisse

prout præsentibus ex gratia nra Regia
dantes, indulgentes et remittentes ac
ipsum Palatinum Belzen quittamus
et liberum facimus, Et insuper eo ob[e]ri:
ori gratia et liberalitate nra Regia
ipsum Magcum Nicolaum de Szyenyawa
Palatinum Belzen prosequi volen, vid[e]
Nicolao Szienyawskij Palatino omnes
et singulos proventus nros annos ca:
pitaneatus halicien ac Colomien, ac dem:
de salinarum omnium et Thelonorum
ibidem existentium, ac aliorum omnium
bonorum et proventuum ad hoc antigui:
tus pertinentium, per ipsum a nobis
modo arenda possessorum, nihil ibidem
in eisdem provent[i]bus halicien[sibus] et
Colomien, ac quibuscumq[ue] alijs ad hoc
pertinentibus, pro nobis et Sex[mis] bus:
assoribus nostris, reservando seu excu:
piendo, quibuscumq[ue] dicantur nomini:
bus, sed cum eo jure prout hactenus
a nobis eosdem provent[i]bus annos ca[pi]:
taneatus halicien et Colomien, inte-
rim et tenorem arenda tenuit, habuit,
et possidebat, damus, donamus, largimur,
et gratiose condimus, tamdiu q[uo]d diu
ipse Magcus Nicolaus Palatinus Belzen
in eo officio Præfectura militia Camp[es]tr[is]

perſiſtet et nobis ſeruitij gratiam cum
noſtram donationib⁹ annorum⁹ prouen:
tuum omnium et ſingulorum⁹ Capita:
neatus Halicien et Colomien, duratura,
Ita autem vt arcem eam Halicien vbi
opportunum et neceſſarium fuerit, in edi:
ficijs ſuis debite reficiat et reparet,
pro omnib⁹ hoſtili eruptn firmet et mu:
niat, Harum trarum teſtimonio sigil:
lum noſtrum eſt ſubappenſum. Dat
Crac⁹ feria ſecunda poſt Dominicam
Condictus Paſcha⁹ proxima Anno dñi
M°. D°. XLVII°. Regni XLI°.

Nicolaus Strabya. Sylo

VEnerabilis Geor:
gius Podlodowſki
Canonicus Crac⁹,
fratri ſuo germano
G. Valentino Podlo:
dowſki, de inſcripti:
one caſtren Crac
à. G. Andrea Czio:

Ick super bonis Oglendow facte condescendit.

Sigismundus dei gratia Rex. &c.
Significamus tenore presentium quorum interest vniuersis. Quia constitutus coram nobis personaliter Venerabilis Georgius Podlodowski Decanus kielcen ac Canonicus Cracovien, Sacre Cultis nre Secretarius, recedendo à terris et Districtibus suis quibusuis libere et per expressum recognouit, Quia de inscriptione sua Castren Crac, à Generoso Andrea Czolek de Zelichow super bonis oglendow et villis ad illud pertinentibus, super summa quadringentorum Ducatorum in auro auri veri puri et iusti ponderis, sibi facta recognouit et inscripsit, Generoso Valentino Podlodowski fratri suo germano, michon et omnia perhuera ex eadem inscriptione super ipso Andrea Czolek et bonis ipsius prefatis coram officiali Castrens Crac. perducta, et obtenta, occasione non satisfactionis certarum conditionum in eadem inscriptione contentarum, cum omni iure suo, nichil penitus sibi et suis successoribus iur

reſeruando ſeu excipiendo, in prefatum
Valentinum Podlodowski transfundit et
condescendit perpetuo et in eumm. Hau
testimonio literarum sigillum nostrum
est subappensum. Datt Cracę
Nicolaus Grabia

Tvtoria Nobilis Alberti Voznic-ki Nobili Paulo Voznicżki fra-tri patrueli data.

Sigismundus Dei gratia Rex &c

Significamus tenore presentium quorum interest vniuersis. Quia etsi dederamus tutoriam Nobilis Alberti filij minorennis olim Laurentij Stardrauicz Voznyczky Nobili Joanni Molochvo-znyczky patruo eius, tamen quoniam is nuper mortuus eundem Albertum

minorennem adhuc et pupillum relinquit,
ita vt tutore qui eum bonaq; eius admi-
nistret careat. Nos itaq; qui summus
omnium orphanorum pupillorumq;
tutor et defensor, volen de indemnitati
prefati pueri minorennis prospicere,
habentes eciam commendatam nobilis
Pauli Wozniczky filij prefati olim
Joannis Woldek legitimi, fidem, integri-
tatem et propensum erga dictum mi-
norennem fratrem suum patruelis affe-
ctum, eundem deputandum illi duxi-
mus bonisq; ipsius omnibus in tutore
ac harum serie literarum deputamus,
et constituimus, tutellam ipsam à pro-
pinquis omnibus requirendo, dantes et
concedentes ipsi tutori per nos constituto
et deputato, dictum minorennem vsq;
ad etatem eius legitimam fouendi, edu-
candi, bonaq; ipsius omnia tuendi, gu-
bernandi, et administrandi, ac alia
omnia et singula que in premissis et
circa premissa necessaria quomodolibet
fuerint, atq; opportuna, faciendi, ge-
rendi, ac exercendi, plenam et omni-
modam facultatem, Jure communi Re-
gni nostri in tali casu admissam et li-

mitatam. Harum quibus sigillum nrum
appressum est testimonio literarum Dat
Cracouie fria secunda post Dominica
Conductus Paschae proxima, Anno
Domini Mo Do LVIIo Ctio,
qui mi anno LXo

Nicolaus Szrabia
R. Vicecancellus

Lo.

Praesentatio ad Ecclesiam Strien Venerabilis Sigismundi Sobek Canonici Crac.

Sigismundus Dei gratia Rex &c.

Rndo in Christo patri domino Joa-
ni Archiadiacono Episcopo Premisliens, fidelibus
nobis dilecto, aut suae Pbtis vicecario
in spiritualibus vel officiali generali
Premisliens, gratiam nostram Regiam

Unde in christo pater, sincere nobis di-
lecte, Resignatarius est venerabilis
Jacobus Nyemyeczkowski Praepositus
Sandomirien, et Canonicus Cracovien ac
plebanus Strien eandem ecclesiam par-
rochialem suam Strien Juris patronatus
nostri, vra vero Pr̃s Diocesis, in ma-
nibus p̃r̃s vra, Cum igitur hujus-
modi cessio vel resignatio suum sorti-
tur effectum, ad eandem ecclesiam par-
rochialem Strien pertrabilem dignum
dum duxerit, de Szulowo Canonicum
Cracovien praesentamus et offerimus
ad ecclesiam hujusmodi obtinendum, prout
hortamur. V. vestram quatenus eundē
praesentatum nostrum ad ecclesiam ipsa
parrochialem Strien modo praemisso va-
caturam aut vacaturam instituat et
inuestiat, curam animarum, regimen
et administrationem spiritualium et tē-
poralium pro officio suo pastorali sib.
praesentato nostro assignan, harū trāz
testimonio quibus sigillum nostrum est
subimpressum. Dat Cracovia
feria sexta ante Dominicam Jubilate
proxima. Anno domi M° D° XLVII°.
Regni nri XLI°.

Nicolaus Firlejus
de Dirschaw Cancellus

Anno quo supra feria secunda post dominicam
quasi modo geniti data est libertas oppidanis
in Osmolin per ignis conflagrationem da-
mna passis, ab omnibus contributionibus
et exactionibus vocatis appellatis, pro
Reip. Regni vel alia necessitate landas,
et landandis, ad octo annorum decursū,
nono tgelonio à bobus et duabus eorum con-
tributione exceptis. Dat sin forma Ca-
ncellaria solita Deo

Consensus erigendi oppidum Liesno cum villa Liesno.

IN nomine Domini amen. Ad rei memo-
riam sempiternam. Quoniam illa que
in tempore geruntur, cum tempore simul
nisi clarum munimentis tanquam fidis
rerum custodibus comendentur, interire
oporteret, Ideo nos Sigismundus Dei gratia

Rex Polonie. Significamus dux Lithuanie.
necnon terrarum Cracovie, Sandomirie.
Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie, Ma-
sovie, Culmen, Elbingen Pomeranie &c.
dominus et hæres. Significamus tenore
præsentium quorum interest universis
et singulis præsentibus et futuris harum
noticiam habituris. Quia cum Regum
et Principum clementia sit proprium
subditorum comodis prospicere tanq angeli,
Ideo nos commendata habentes fidelia ser-
vicia Generosi Raphaelis Lyszczinski
Castellani Przemsliens quibus se nobis
a longo tempore gratum reddidit et com-
mendatum, ipsius ydilitati ex gratia
et liberalitate nostra regia consulere
cupientes, illi ex villa sua hereditaria
Lyssno dicta Palatinatus Poznanien
et Districtu Wschowien sita oppidum
eiusdem nominis Lyssno fundare et
erigere consensimus et permisimus, per-
mittimusq per presentes literas nras,
De certaq sciencia et gratia nra predicta
villam Lyssno in oppidum antedicta-
te nra Regia transferendi duximus,
et transferimus presentibus, perpetuis te-
poribus et in evum, eidemq oppido Lis-
sno et eius incolis presentibus et futuris
ius Theutonicum quod Maidemburgen

appellatur concedendum duximus, con-
ferimusq; et concedimus per presentes
perpetuo, iamiq; exemit ipsum oppidum
eiusq; incolas presentes et futuros a
quouis alio iure eximimus, removendo
scilicet ab eisdem omnia et singula iura
polonica, modos et consuetudines omnes quas
hactenus Theutonicum solita sunt et con-
suevernunt perturbare, iuriq; predicto
Theutonico incorporamus et adscribimus,
eximentes eciam in perpetuo liberam eiusd
oppidi Lyessnow incolas ab omni iurisdi-
ctione omnium Palatinorum, Castellanorum
Judicum et Subiudicum quorumuis Re-
gni nri, ac aliorum quorumcunq; offi-
cialium et ministerialium eorundem,
ita q̃d coram ipsis aut aliquo ipsorum
pro causis tam magnis q̃z parvis, furti
scilicet incendij, sanguinis, homicidij
membrorum mutilationis, violentie
intra metas et limites eiusdem oppidi
facte, et quibuscunq; aliis enormibus ex-
cessibus, citati minime respondebunt,
nec aliquas penas soluere eruut astricti,
sed coram suo aduocato, Aduocatus
vero coram domino suo hereditario pro
tempore existenti non aliter q̃ iure ipso
Theutonico de se quarentibus respondere

tenebitur, prout hoc ipsum inspectum:
cum cum omnibus suis clausulis, prin:
ctis, conditionibus, et articulis exigit, et
requirit, Insuper volen et predictu
oppidum Lissno cito maiora capiat
incrementa ad meliorem statum et
conditionem dedicatur instituendu in
ipso duximus, instituimusq; et indici:
mus tria fora annalia primum pro
die Dominico post festum Ascensionis
Domini proxime sequenti, secundum pro
festo sancte Clare, tercium pro festo
sancte Elizabeth, annis singulis et vnu
septimanale singulis feriis secundis
celebrandum et frequentandum, pro in:
stituq; et indicto haberi volumus et
decernimus, Citra tamen aliorum op:
pidorum et Ciuitatum tam nrarum
q; subditorum nostrorum spiritualiu
vel secularium in vicinia circumquaq;
existentium praiudicium et detrimen:
tum. Ita qd omnes et singuli homines
sexus vtriusq; cuiuscunq; status et
conditionis fuerint ad hoc ipsum oppi:
dum Lissno pro foris predictis an:
nalibus et septimanali tempore sicut
nominato confluere possint, causa ve:
dendi et emendi res pro rebus et mer:

pro mercibus permutandi, et alia ne-
gociationib⁹ genera exercendi, veniend⁹
in accedendo et recedendo nra et bez^mor^m
bonorum nostrorum securitate et
libertate potiantur et gaudeant, mis-
salib⁹ sint quib⁹ nra et regib⁹ fouere nō
permittunt, et quibus proborum hom-
num consortia merito sunt denegand⁹
In cuius rei fidem et testimonium si-
gillum nostrum presentibus est subap-
sum. Dat. Cracouie sabbato in Vi-
gilia sanctorum Philippi et Jacobi Ap-
stolorum Anno dom̄i M° D° XLVII°
R. n. XLI°. Presentibus, Nō
in egro patre, Magcis Generosis ac Ve-
nerabilibus, domino Samuele Epo
Crac. Regni nri. Cancellario, Petro
Comitha Comiti in Dessnice. Palatino
Crac. Regni nri supremo Marschal-
co, ac Cracouien. Premisslien. Sepusi-
ensi, Colegsky. Capitaneo, Andrea Co-
mite a Gorka Poznanien. et maiore
Polonie generali nro Capitaneo, Ni-
colao Volski Sandomirien. ac Dez^ma
domina Bona Comitissa dicta Chaz^me
Curie Magistro, Sanocen. Zarnchora-
nen. Lomzen. Wissnicky &c Capitaneo
Joanne Ocziesky Biecen. Burgrabio et

Succamerario Crac / Sandecinsz Capit°
Nicolao Girabia, Cheln[en], Regni
Vicecancellario Lubomlinsz Capit°,
Joanne Bonar de Balice Ossuicimen.
Castellio, Jacobo Ocyanski Decano
Plocen Archidiacono Cracouiensi
ac Canonico Crac, Valentino Dem:
bicnski Curie nre Referendarijs
Joanne Przeremboski Preposito &c. Sta:
nislao Ozio Jurisutrinsz Doctore C
Canonico Crac. Secretarijs nris, cate:
risq; Dignitarijs et officialibus nris
Dat per manus mag[ist]ri Nicolai
Girabia Cab. Chel. Vicecan. Regni
Capitl'z Lubomlien.

Nicolaus Girabia Cab. chel. Regni Vicecancellus

L.S. M. Nicolai Girabia &c.

Concordia inter G. Stanislaum Broniowski de Obrazow & Andream Pelka ac Eufrosinam coniuges, ratione aduo

Catia in Gieltperk

Sigismundus Dei gratia Rex &c

Significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis. Quomodo comparens personaliter coram nobis ma Regia Consiliarijsq; protunc latrunculo assistentibus, Generosi Stanislaus Bronijowski de obrazow et in Porhowicze ac bonorum dnocatie seu sculteticie Gieltpark Jares ex una, et Andreas Pelka Judex terrestris Halicien. suo et Nobilis Euphrosina Pelczina Coningis sua nominibus, cautione et fideinbendo pro eadem Euphrosina Coninge sua publice et libere spontaneq; talem inter se fecisse concordiam et amicabilem compositionem, per medium decreti certorum arbitrorum videlicet Magci Nicolai Sirabia Vicecancellarij Regni nostri et Capitanei Lubomlien, ac Generosorum Valentini Dembienski Referendarij Curie nre Petri Borathyn: ski Secretarij nri, occasione bonorum Civilium ad Civitatem et bona Civitatis Leopolien pertinen, videlicet dnocatia seu sculteticie dicte Gielperk, recognoverunt, Quia videlicet prefatus

Stanislaus Broniyowski cum consen:
su Consulum prafatorum bonorum D:
nocatia Gelt̃yerk haredum, prædictis
Andrea Yelka et Cufrosina Coninghes
prafata Quocatia modernis possessori:
bus et Tenutarijs, exemendo eosdem
de prafata Quocatia iuxta consensũ
suum super hoc decretum et habitũ à
prafatis Consulibus Leopolien, centũ
et decem marcas pecuniæ communis in
Regno currentis, iuxta taxam per Co:
missarios ad exemend prafatam Q:
nocatiam datos et deputatos per ipsos Co:
sules Ciuitatis nra Leopolien hæredes
dictorum bonorum Gelt̃yerk, factam et
taxatam. dare et reponere coram præfa:
tis Proconsule et Consulibus Leopolien
debet feria quarta post festum Pentecosten.
Ipsi vero Andreas Yelka et Cufrosina
Coninges, à prædicto Stanislao Bro:
niyowski dicta Quocatia exemptori,
acceptis prafatis centum et decem marc
pecuniarum de prafatis bonis Quocatis
Gelt̃yerk, sibi Stanislao Broniyowski co:
ram Proconsule et Consulibus Leopolien
ti hæredibus dictorum bonorũ cedere
et prafatam Quocatiam resignare
realiter et in effectu debent et debebunt,

introмissionemq; realem et actualem
dare cum possessione iuxta decretu Com:
missariorum modo et forma iuris Mai:
demburgen, Si vero prafati Andreas
Pelka et Eufrosina coniuges à prefato
Stanislao Bronijowski de dictis bonis
Quocatia Lielkperk pecuniam centum
et decem marcas in Prætorio Leopolien
iuxta taxam prafatam non receperit,
de bonisq; prafatis Quocatia sen sul:
tetia Lielkperk sibi Stanislao Bro:
nijowski non condescenderint, neq; eadē
bona resignauerint, iuxta concordia
præsentem inter ipsos ex utraq; parte
factam, extunc prafatus Stanisla:
us Bronijowski in Prætorio Civitatis
Leopolien iuxta decretu Comissariorū
in possessione prafatorum bonorum
Quocatia sen sultetia Lielkperk esse
et eandem accipere et apprehendere
debet, iuxta modum et formam iuris
Civilis Maidemburgen. Ipse vero Pel:
ka nulla damna in prafatis bonis
Quocatiis przdicta Lielkperk à modo et
ab actis concordiæ præsentis facere debet
harū quibus sigillis meum appensu est
testimonio literarum. Datū Cracæ

feria quarta post dominicam Rami palmarum proxima Anno Dñi m° d° xlvii° Regni mei xxi°.

Nicolaus Krzabia
R. Cancellarius.

Sigismundus

REformatio dotis & dotalicii. G. Anne de Zaborow a. G. Arnolpho Venatore terre Belzen marito suo facta.

SIgismundus dei gratia Rex Polonie &c. Significamus tenore presentium quorum interest universis, quia comparens personaliter coram nobis et Consiliariis nris Generosus Arnolphus Ochanski Venator terre Belzen Sermae dominae Bonae eadem gratia Reginae Poloniae, ducissae Duc. Lithuaniae &c. conjugis nrae charissimae fidelis nostre, bonorum nrorum mobilium Tenutarius, exhibuit se inscriptionem reformatoriam infrascriptam a se in

Actis castren Chelmen primis factam ad
acta terrestria Chelmen transferre de-
buisse, quumq3 tamen id facere non po-
tuisse. Ideo nunc in presentia nra Re-
gia recaden à terris et districtibus suis
quibuscumq, samq3 mente et corpore pu-
blice et per expressum recognouit, emo-
tulit et leuauit realiter et in effectu à
Mag.ca Margareta de Zaborow Castell.a
Varsouien post generosam Annam filia
eiusdem Margarete ex Mag.co olim Petro
de Kopitow Castellano Varsouien de-
sego gradenq3 Capitaneo progenitam, con-
sortem vero suam legitimam, vera
dotis nomine duo millia florenorum mo-
neti et monete Polonicalium, florenum
quemlibet triginta grossis Polonicalibus
computando, que quidem
duo millia florenorum ratione dotis,
et alia totidem videlicet duo millia
florenorum ratione dotalicij reformat
et inscribit eidem Generosa Anne Con-
sorti sue legitime in et super medieta-
te omnium bonorum suorum mobilium
et immobilium vbilibet per ipsum ha-
bitorum et habendorum, tam in Regno
Polonie, q3 eciam in terris Russie, et Du-

catu Maſouia quomodolibet acquirendorũ
eciam modo et nomine obligatorio, nullis
penitus exceptis, prafatam medietatem
omnium bonorum mobilium et immobi-
lium per predictam Annam Coniugem
suam legitimam, tenũ, habẽ, possidẽ,
et vtifruẽ, cum omni iure, dominio et
proprietate, omnibusq; vtilitatibus, pro-
ventibus, reddibus et alijs quibuscũq;
generaliter vniuersis nullis exclusis
more videlicet aliorum dotaliciorũ, in
Regno nro dintius obsernatorum. Qua
quidem reformationem coram nobis
modo premisso in vim translationis fa-
ctam, nob ratam et gratam habẽ, co-
firmamus, approbamus, et ratificamus,
Decernentes eam tanq; more aliarum
reformationum et dotium in Regno
nostro habitarum factam, robur debite
et perpetue firmitatis habituram te-
nore presentium mediante. In cuius
rei testimonium sigillum nrum pntibus
est subappensum. Dat. Cracouie
Sabbato in vigilia sanctorũ Philippi
et Jacobi Apostolorũ. Anno Dñi M° D° XLVII°.
R. V. XLI
Nicolaus Grabia R. V. Dr

A Renda Thelone-
orum Sandomirien
Leopolien & Lvbli-
nen Mag^co Ioanni
Comiti de Thecin
Palatino Sando-
mirien. &c.

Sigismundus dei gratia Rex &c.

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis. Quia de certa scientia nra Regia, locauimus in arendam presentibusq3 locamus et arendamus Thelonea nra antigna Sandomirien. Leopolien, et Lublinen, Mag^co Ioanni Comiti de Thecin, Palatino Sandomirien, Curie nostre Marschalco, et Capitaneo Lublinen, sincere nobis dilecto, pro suma quatuor millium et ducentorum flo2n monete et numeri in Regno nro curentib, Incipiendo arendam ipsam a vigesima quarta Maij mensis currentis vel proxime futuri, hoc est a die Sch Vrbani ad aliam diem vigesimam quintam Maij, et sic deinceps ad vite-

gentium proxime et immediate ab illo tem-
pore, a diebus vigesima quinta Maii
vsq; ad alios duos eiusdem mensis vigesimq
quinta Maij continue et immediate se
sequentibus, vsq; ad tempus integrum
sexingentorum prefati, seu eiusdem sexin-
gentorum expirationem, per ipsum Mag^cum
Joannem de Thyein Palatinum Sandomi-
rien, theloneа hmi̇modi nra prefata
Sandomirien, Leopolien, et Zublinen, te-
nen, habẽ, vtifruen pacifice et quiete
ad tempus seu expirationem sexingentorum
prefati possidẽ, Incipien solutionẽ hu-
iusmodi arendæ pro prima rata vi-
delicet duo millia florenorum C centum
florenos pro festo Natalis domini proxi-
me et immediate curren vel futuri, et
alia duo millia florenorum et Centum fl^os
pro festo Pentecosten extunc immediate
curren vel futuro tanq; pro seconda
rata. Ita autem cãq; conditione adiecta
q; idem mag^cus Palatinus Sandomirien
vltra summam arendæ prefatæ quatuor
millium et ducentorum florenorum one-
ra omnia ex theloneis hmi̇modi soliti
solita que se ad quingentos flo^os ex-
tendunt sustinere, obire, et soluere illis

gnibus meritumbunt debebit et stringetur,
et presenti arenda obligatum esse vo:
lumus, bellica motione Regni et immi:
sione hostium exceptâ, que impedimento
fuissent mercatoribus negociationib⁹ con
et aliarum mercium scruntibus, cu:
mb ei respectum habituri sumus ad ea:
dem prefatam, qd indemnem ipsum
Magcum palatinum Vandomirum in
hmodi arenda facere volumus
et pollicemur, damnos ei liberi ac:
bitrium intra spacium cmsmodi ar:
da quando voluerit de arenda hmo:
modi rursus nobis cedere et de illo
renunciare, anno tamen integro ex:
tennato, harum testimonio lrarum
sigillum nrum est subimpressum Dat
Cracovie sabbato in vigilia sancti
Philippi et Jacobi Apostolo⁹ an⁹ dñi
dom mo. do XLVII. R. N. XLIo

Nicolaus Szabia
R. C.

Rex cmisit

Inscriptio census terragii centum et

Viginti sexagenarū pecumię per .S.M.Regin alem super bonis Castro & Oppido kowiel Reuerēn in chri sto patri domino Epō Luccorien ęiusq3 Succcessoribus facta.

Igismundus dei gratia Rex Polonię &c. Significamus tenore praesentium quibus expedit vniuersis, quomodo comparens personaliter coram nobis tanq3 supremo Dux Lithuaniae, Rex^ma^ domina Bona suprema dux Lithuaniae Russiae, p'inc: sia &c. Coniunx nra chariss^ma^ Ingarendo contractui inter suam altrin Regiale ac Dyndum in cgristo patrem dominū Georgium faliÿgewski Episcopum Luco: rien facto et inito, eidem Episcopo Luco: orien et aliÿs Episcopis Luccorien pro tempore existentibus, centum viginti sexagenas pecuniae numeri et monete Lithuanicalis, in quamlibet sexagena per sexaginta grossos et quemlibet grossum secundum antiquam consue:

tudinem per decem denarios albos com:
putando Lithuanicales census annui
perpetui terragij pro bonis et villis
videlicet Bilin. Cholin. Stroble. hu[illegible]
dzyezna, Colodzyenska wolia, hrasna
wolia, osinska wolia, per ipsum Cum
sua Mtem coram Ser[illegible]mo domino Sigis:
mundo Augusto eadem gratia Rege
Polonie, Magno Duce Lithuanie, Russie
Prussie ac Masouie Ac filio nro cha:
rissimo, perpetue resignatis in et super
bonis suis hereditarijs videlicet in
Castro et oppido horwirl et villis ad
id pertinentibus, ac Cimibus, Cmeto:
rib[illegible], tabernatoribus, et alijs quibusuis
incolis prefatorum bonorum, perpetuis
et in eternum vendidit et inscripsit, ac
vendit et inscribit. Quas quidem Cen:
viginti bexagenas pecuniarum, bua
rtas Reginalis, quarū Mtis suarisso:
rib, singulis annis pro quolibet festo
sancti Martini eidem Episco Luceorien
et alijs Episcopis pro tempore exi:
stentibus per proprium Nuncium
mittere, et coram actis Consistorij Lu:
ceorien reponere, et ab eo seu ab illis
quotannis pro solutione quietationem
Incipiens solutionem hmoi a festo b. Martini
anni. 1548. et sic deinceps singulis alijs
festis b. Martini, annis continuis et im:
mediate se sequentibus.

acciperet. Ciam prafata Vfab Reginalis
obligat se et suos successores occasione
prafati census perpetui ab omnibus in-
scriptionibus prioribus si qui sunt et
ab omni impetitione inuidica pradicti
Episcopum et alios Episcopos suos po-
stros tueri, euincere, eliberare ab omi-
bus personis, ita q dictus Episcopus suc-
cessores et alij pro tempore existentes, pon-
tifices possent prafatum censum Centum
viginti bezagenarium percipere sine
quouis impedimento, que omnia super-
ius expressa sua vfab Reginalis
tenebitur, suaq; ystatis successores
tenebuntur complere sub vadio mille
bezagenarum pecunie. Quam quidem
inscriptionem census prafati perpetui
modo supra scripto per suam vxorem
Reginalem coram nobis factam, nos
approbamus, ratificamus, confirma-
mus, consensumq; nrum ad id prabe-
mus, presentibus litteris nris declarantes
eandem inscriptionem perpetuam habituram robur
temporibusq; perpetuis in toto valituram
Quod ut ratum testimonio sigillum nostrum
est subappensum. Datum Crac' ipso die
b. Floriani. Anno d' M° CC° XLVIII° XII°

Nicolaus Grabia
Pr.

Wincz de

Saluum conductū prouidi Bartholomei oppidani & frenificis Sanocen

Sigismundus dei gratia Rex &c.

Significamus tenore presentium quorum interest vniuersis. Quia ad intercessionē certorum Consiliariorum nrorum pro pro vnido Bartholomeo frenifice et oppidano Sanocen, qui ob certa debita que contraxerat, cum ea exoluere non posset ex illo oppido Sanok profugit, ad nos factam, dedimus ipsi saluum conductū nostrum Regium et omnimodam securitatem à vi et potentia omnium et singulorum cuiuscunq; gradus, status et conditionis hominum subditorū nostrorum in Regno et dominijs nris existentium, à data presentiū ad festū sancti Jacobi proxime et immediate sequens inclusiue duraturū, Ita tamen vt ipse de se quarentibus respondeat, quem nos interim in nram protectionē suscipimus, qua fretus omnia sua

negocia honesta et licita in Regno et
dominijs nostris praesertim vero in op:
pido Canocen agere dissoluere, et cum
creditoribus suis si his aliquid quos debita
huiusmodi contraxit componere possit
et valeat, persona sua rebusq; omni:
bus interim salvis manentibus. Quare
universis et singulis dignitarijs, officiali:
bus et cuiuscumq; gradus, status et co:
ditionis hominibus, in Regno et dominijs
nostris vbilibet existentibus, praesertim
vero in terra et oppido Canocen, man:
damus vt praedicto Bartholomeo frem:
fini, nullam vim et violentiam inferat
sed in praerogatiua qua ipsi a nobis de
cessa conseruent et conservari ad tempus
praescriptum a nobis faciant, secus pro
suo officio et gratia nra non facturi.
Dat Crar ipso die. 6. floriam. Lus
codem

Nicolaus Scrabia Regens cancellar.

Libertatis prorogatio Oppidanis Brizzniccn.

Sigismundus Dei gratia Rex &c.

Significamus tenore presentium quorum interest universis. Quia etsi nos annis superioribus dederamus oppidanis nris Brzezmicen ex conflagratione oppidi Brzezmicz damna passis libertatem certorum annorum a certis contributionibus et exactionibus nobis et Rei pubce nre debitis, tamen ad petitionem Magci Epitromis de Gharnow Castellani Boimicen. Regni nri Thesaurarij, ac herzpicen Brzesticenqz &c. Capitanei, eandem libertatem ad unius anni decursum prorogandam illis duximus, prorogamusqz presentibus literis nris eam prorogationem ita, ab expiratione priozis libertatis pro nos illis concessa minime pendendo. Quare exactori trzuz &c. radicen moderno et pro tempore existenti aliisqz quorum interest id denuncia: mus, mandam, vt eosdem oppidanos Brzezmicen in hac libertate illis per nos prorogata conservetis et conservari faciatis, nullasqz exactiones et contri: butiones ad tempora supra nominata ab eis exigatis, negz exigere a quoqz permittatis, ita autem quod aliquis

oppidanorum prefatorum in Brzo:
zniczа interim arcas huiusmodi conflа:
gratas adificijs non locaverit, aut lo:
care non meeperit, extunc huiusmodi
arcas pro curia nra expirato anno eius:
modi recipiendas esse volumus, decus
pro gratia nra non facturi Dat
Crac. ipso die b. floriani Anno dom.
Nicolaus Cirabia
R.

Ville Vichracz pos-
sessio ad vitam. G.
Anny de Szobota
consorti. G. Petri
Okyn Cas. Cer:
nen &c. con:
cessa.

Sigismundus dei gratia Rex Polonie &
dominus et Heres. Significamus tenore
presentium quibus expedit universis.
Quia quamvis iam antea contulerа:
mus specialibus litеris nris benеroso

Petro Okrni de Lirodzysko Castellano Gzr:
nen et Capitaneo Garnolimen, vsum
fructum, possessionem ac tenutam ad
extrema vsq; vita tempora villæ
nræ Regalis Vichracz in terra et
Ducatu Mazovie, tamen ob eius fini:
ra et integerrima servicia nobis T
Ser^mo domino Sigismundo Augusto
Regi Polonie Magno Duci Litguanie &.
filio nro charissimo, prestita, ex speciali
intercessione et commendatione Ser^me
Reginalis Vtris Coniugis nre amátissime
volen ipsum Petrum Okrn Castellanum
maioribus prosequi favoribus, non solu
ipsi soli verum etiam Coniugi ipsius
Generose Anne de Sobotka possessionis
tenutam ac vsumfructum dictorum bo:
norum in sumis pecuniarum iam in
literis originalibus obligationum ex:
pressis, dan et conferen duximus, pro:
ut et presentibus literis nris damus
et concedimus liberaliter, cum omni
iure, dominio et proprietate prefata
villam Vichracz, cum omnibus ad
eam pertinen, censibus, proventibus
vtilitatibus vniuersis,
necnon cum attinentijs, pertinentijs,

et ſpectantijs quibuſcunq ad eadem bona
ex antiquo pertinen, millis penitus ex-
clusis nr̃is pro nobis et ſucceſſoribus no-
ſtris reſeruatis, tenen, habend, poſſiden,
vtifruen in præfatis ſummis pecuniarū
eo modo quo præfata bona prædicto he-
reroso petro oheron Caſtellano antea
tenenda, habenda et poſſidenda conue-
ſimus. idq; ad extrema vſq; vitæ te-
pora tam ipſius Caſtellani q̃rentis,
q; Coniugis eius moderna. Ita q; duran
vita præfati Caſtellani et vxoris eius
moderna, ſiue ſeorſim, ſiue coniunctim
nr̃q; nos poterimus, nr̃q; ſucceſſorib
noſtri poterint, bona præfata de ma-
nibus præfati Caſtellani et ipſius Con-
iugis moderna, redimere, ſiue ad mensa
nram, ſiue ex quacunq; alia, tam
publica q; priuata cauſa, nr̃q; eadē
bona alteri cuiq; cuiuſcunq; ſtatus, gra-
dus, etatis et conditionis reddere con-
ſentiemus ſeu permittemus, nr̃q; ſucceſ-
ſores noſtri conſentient ſeu permittent,
